

I. Dēscribe et trānsfer sententiam quam magister prōnūntiat.

x%

LATINA: \_\_\_\_\_

ANGLICA: \_\_\_\_\_

II. Trānsfer in Anglicam.

xlīii%

Lesbia, amīca Catullī, fuit bellissima et puella et dīves (quis potest negāre?); sed ista, cum sē nimium **laudāret**, vidēbātur nec dīves nec bella nec etiam puella! Sī Lesbia Catullum vērē **amāvisset**, poēta fuisset vir quam fēlicissimus. Cum is **esset** miserrimus, autem, amīcum Fabullum ad cēnam invitāvit ut plūrimum vīnum **biberent**. Fabullō locūtus est, “Apud mē bene cēnābis, sī **ferēs** quid **velim**: tibi vīnum ferendum est, et puella candidissima, et sāl, et omnēs cachinnae, atque etiam cēna! Dummodo omnia haec quam celerrimē **adferās**, optimē **mēcum** cēnābis; sī haec ferre **nōllēs**, essem miserrimus! **Diē ūtāmur!**” Fabullus nōn recūsāvit et, hōc amīcō vīsō, Catullus fuit tam fēlix ut Lesbiam in mente nōn diūtius **habēret**; arbitrātus est istam fēminam certissimē esse nōn vitiosam sed vitium ipsum!

III. Quaestiōnēs grammaticae dē hāc fābulā.

xxvii%

sē (1): case: \_\_\_\_\_ use: \_\_\_\_\_ **laudāret** (2): specific clause type: \_\_\_\_\_

**amāvisset** (2): tense: \_\_\_\_\_ specific clause type: \_\_\_\_\_

**esset** (3): tense: \_\_\_\_\_ specific clause type: \_\_\_\_\_

**biberent** (4): tense: \_\_\_\_\_ specific clause type: \_\_\_\_\_

*continued on next page* 

